



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 47. Cardinalis Lotharingus reformationem urgeri postulans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI
A C. 1563.

quoad Sacramentum Ordinis irrepisse dicuntur, infudarent, prout eis per libellum a Secretario traditum, fuerat injunctum, in super eodem tempore Theologi articulos de matrimonio discutere, atque iis, quæ in priori Sessione fuerunt præscripta, ultimam manum admoveere, pariterque ea decidere jubebantur, quæ utrumque hoc Sacramentum concernunt: proin hujus temporis diuturnitas illos non deterreat, spectata longiori illa mora, quam Theologi in concinnandis argumentis jam decisus antea impendebant, & Patres ad proferendas suas sententias insumpserunt.

§. XLVII.

Cardinalis Lotharingius reformationem urgeri postulans.

*Pallav. n. 14.
Lettr. de
Vise. to. I.
p. 15.*

Quamvis hæc dilatio Cardinali Lotharingio pergrata esset, se tamen ei ægerrime consentire simulabat; sperabat enim, quod interea fors Sedes Apostolica mortuo Pontifice vacatura esset, ac re cum Cæsare collata Hispaniæ Regis voluntatem explorare, & denique tumultuum exitum in Galliis præstolari, necnon spectata harum rerum vicissitudine, quid demum consilii caperet, prospicere posset: cum autem sententiam suam proferret, prolixo sermone Patres, ut morum emendationi incum-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

incumberent, hortabatur, affirmans, quod hoc unicum Franciæ necessitatibus subveniendi medium esset, quamvis continuata Patrum dissensione nullum hujus rei prosperum successum sibi promitteret: „ quemadmodum enim, pro-
„ sequebatur Cardinalis, in Apocalypsi
„ Ephesinus Episcopus a Deo commen-
„ datus est, quod Nicolaitarum facta o-
„ dio habuerit, sed ob alia a se gesta ca-
„ stigatus: ita Concilium Tridentinum
„ est laudandum, quod integre in fide
„ catholica conveniret, odio prosequens
„ Nicolaitas, hoc est, hæreticos, non ta-
„ men in hoc commendandum est, quod
„ minime conveniret quoad morum e-
„ mendationem, quæ tamen a cunctis
„ expectata, & exoptata est.

His addidit: „ Imperator, Romano-
„ rum, & Galliæ Reges, donec obtinue-
„ rint usum calicis, semper novas pe-
„ titiones de reformatione facient, tam-
„ etsi duos annos continuos in Con-
„ cilio manendum esset: verum conces-
„ sa ipsis hac (*) gratia facile acquie-
„ scent,

(*) Perinde ac si totius reformationis summa in solo calicis usu consisteret. Dein manifestum est, hunc Cardinalem inter se pugnantia protulisse, interdum enim dicebat, nisi aliquid desiniretur, ad Pascha aut Pentecosten
necessa-

Sæcul. XVI. „scnt, ideo optimum puto remedium
 A.C. 1563. „ad illa regna in officio obedientiæ
 „retinenda, si his Principibus satis-
 „fieret. „

Postea de modo usum Calicis obtinendi differens ait: „haud mihi persuadere possum, quod hæc gratia a „Pontifice impetrari valeat, cum ipse „met Papa probe sibi perspectum habeat, „omnes Cardinales ab hac novitate „summopere abhorrere: mihi tamen „hunc favorem a Synodo obtinendi spes „supereffe videtur, etiamsi ea res hæc- „tenus ibidem parum feliciter cesserit, „eoquod hoc negotium minus recte „administratum fuerit: „ Denique sermonem suum absolvit additis his verbis: „Romam misi formulam decreti „a me concinnati circa Residentiam, illud etiam Pontifex perlegit, ac postea Amulio Cardinali exhibuit: ille „insuper, quem a secretis habeo, mihi „rescripsit, quod præfato Cardinali hoc „decretum placuerit, mirumque ei visum „sum

necessario discedendum esset, nunc ait: Tridenti biennio sibi permanendum, jam media proponebat Concilii quamprimum finiendi, mox rationes illud protrahendi. Hanc agendi rationem tenent Viri vel instabiles, vel sinceritate carentes.

„sum fuerit, quod nondum Concilio
 „fuiſſet proſiſtitum, cum tamen eo ju-
 „dice nihil contineret, quod non amba-
 „bus ulnis eſſet amplectendum. „

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

§. XLVIII.

Cæſar Oenipontum veniens.

Præfixo proximæ Sæſſionis die Legati
 habito conſilio quosdam deputare
 decreverunt ad Cæſarem, qui Oeni-
 pontum venerat, ut eo facilius de Sy-
 nodi rebus edoceri, ſuaque mandata eo
 dirigere poſſet; hæc enim urbs Ty-
 rolenſis Comitatus Metropolis nonniſi
 centefimo lapide a Tridentina civitate
 diſtabat.

Pallav. lib.

20. c. 1. n. 1.

Raynald.

hoc anno

n. 16.

§. XLIX.

Commendonus Oenipontum ad Cæſarem a Legatis decretus.

Poſtea Quinqueeceſienſis Epicoſopus,
 quamprimum Cæſarem appropin-
 quare reſciverat, quantocius die vige-
 ſima ſexta Januarii Tridento Oenipon-
 tum proſectus eſt, ut ſua relatione ce-
 teros omnes præveniret: eo etiam con-
 tendere parabat Lotharingius Cardi-
 nalis: quapropter Legati pariter ſua
 obſequia deferre intenti ſeligerant Com-
 mendonum, qui tum Venetiis agens
 aliunde præter magnam rerum expe-
 rientiam ſingularem Germaniæ cog-
 nitionem

Pallav. c. 1.

n. 1.

Gratian. in

vit. Com-

mend. Lit.

Legat. ad

Borrom. 14c

Et 18. Jan.

Et 2. Febr.